

Gemmacita, vedova del
giudice Ruggero de Milone.

XL 76

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Gemmacita, vedova del
giudice Ruggero de Milone.

XL 76

1185-08

In nomine domini et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno incarnationis eiusdem Millesimo Centesimo Octuagesimo quinto. Anno regni domini nostri invictissimi Guillelmi secundi Dei gratia regis vicesimo. Mense augusti. Indictione tercia.

Ego Gemmacita olim uxor iudicis Rogerii de Milone civitatis Melfie in eadem intus in ecclesia Sancte Marie de Godino, in presencia Rogerii de Simbado, Philippi regalium iudicum astante mecum Roberto de Falco avvocato meo, declaro a meo devotus predictus vir meus de mandato domni nostri serenissimi regis panormum mirus esset una cum aliis bonis hominibus Melfie pro adinplendo regio precepto quosdam probos homines ad se venire sancte eius testamenti ordinandi ... presencie testamentum condidit et legata fideique commissa pro ut ultima voluntas sibi dictaverat reliquie obtulit ... et concessit quendam astaciam que est in platea magna in ruga iusitanorum ecclesie Sancte Trinitatis de Cavis me videlicet consen... pro redencione animarum nostrarum et parentum nostrorum atque consaguineorum fideique mee commisit ut post eius obitum una cum domno Petro de Iudice cantore et aliis quos fidei commissarios statuerat prenominatam astacionem cum omnibus sibi pertinentibus eidem ecclesie Sancte Trinitatis nomine oblacionis trademus. Qua propter nos Petrus de Iudice cantor et Robertus Sancte Marie de Godino cappellanus et Iohannes Sancti Laurencii cappellanus et Gualterius Sancti Mathei cappellanus et ego que supra Gemmacita una cum predicto avvocato meo cupientes adimplere voluntatem et ordinacionem iamdictum defunctum ... iudicum testium subscriptorum presencia voluntate per fustem manutentum iamdictam astacionem ...

tibi domno Thome religioso monacho et magistro refectorii astante tecum Giliberto Pancie pro tempore advocatum ab eiusdem iudicibus tibi dato suscipienteam vice eiusdem ecclesie et venerabilis abbatis totiusque conventus ut a modo predicta ecclesia eam astacionem in perpetuum nomine oblacionem teneat habeat et possideat cum introitu et exitu suo et cum suis omnibus pertinentiis reservata aput me Gemmacitam usufructu dum vixero cum autem ... de mortalitatem huius vite me vocaverit usufructus eiusdem astacionis sine contrarietate meorum heredum eidem ecclesie deveniat una ego que supra Gemmacita nomine astante mecum iamdicto advocato meo voluntati tibi pre... domno Thome tecum astante prenominato advocato tuo guadiam dedi et iamdictum Robertum de Falco fideiussorem posui ut si ego vel mei heredes cont... hec agere presumpserimus conponamus eidem ecclesie libras aureas tarenorum Sicilie duas prephata oblacione in suo vigore manente et

hoc brebe scripsi ego Rao regalis notarius interfui enim mense et indictione superscripta. # regius iudex # Philippus ... regius iudex # Signum crucis proprie manus Roberti Pancie militis # Signum crucis proprie manus Raonis de Alta Villa militis # Signum crucis proprie manus Mathei olim filius Andree militis # Signum crucis proprie manus Alexander astarius